13525

## Bialystok Juramentum

Honestus Joannes Wasilkowic advocatus de Bialystok tenutae ad praes magnifici Alberti Nregel Rexiften Curiae Regni Roganen Makowien Tykocinen Bialostocen capitanei juramentum corporale super veram desolationem et desertationem in eadem tenuta Bialostocen et diversis villis ad bona praefata spectantibus mansorum possessionatorum triginta quinque et molendini unius rothae tum quod subditi ex iisdem villis et mansis quadraginta ob nimiam oppressionem et ad ultimam pauperiem deductionem a militibus persecutionem in fugam sunt dilabitur quo conversi agrosque et mansos incultos et non conseminatos sed vacuos proiecerunt tum quod ab ipsis nullae contributiones exigi possunt in facie officii praesentis observata solemnitate juramentum praestitit et debite est executus quod ipsi iux[ta] suas affectationem est praestitum et exhaustum

## Capitaneatus Surazen Juramentum

Nobiles et honesti Joannes Zytowski factor de Zawoski Matias Zapienski factor de Pomiany Simion [illegible] de Baranki Joannes Gryzik de Tycowka Matias Magaslo de Rzepniki Albertus Debes de Bielie advocati et scabini jurati subditi sacrae regiae villis Capitaneatus Surazen tenutae ad praes illustris et magnifici Gedeonis Michaelis [illegible] Thesaurarii Magni Ducatus Lithuaniae Brzesten Surazen etc. capitanei juramentum super desolationem in villis variis Capitaneatus Surazen domorum viginti septem etc. desertationem mansorum antea possessionatorum quadraginta septem etc. unius cum media quartae quod vere et iuste ob angarias et nimias exactiones a militibus stationum subditi in fugam sunt conversi domusque praefatae sunt desolatae ac mansi sunt deserti incultique et non conseminati nulloque modo ex eis contributiones publicae exigi et recipi possunt Deo omnipotente ita ipsos adiuvante in facie officii praesentis observata solemnitate juramentum praestiterunt quod ipsis est iniunctum et exhaustum